



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui ex industria peccata, & promittunt sibi quandam impunitatem
peccandi, propter largitionem eleemosynarum. Ivi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

proprias voluntates. Hic ergo qui obedientiam exercit,
omnes voluntates relinquit, totus pendet in voluntate
patris iubentis, & ideo maiorem gloriam præ ceteris
fortitus.

*De illis qui ex industria peccant, & promittunt sibi
quandam impunitatem peccandi propter largitionem eleemosynarum.* Cap. LVI.

*Ex cœcil.
Capillon.
cap. 36.*

Sed nec hoc prætereundum putauimus quod quidam ex industria peccantes, propter eleemosynarum largitionem quandam sibi promittunt impunitatem. Eleemosyna enim extinguit peccatum, iuxta illud: Ignem ardente extinguit aqua, & eleemosyna extinguit peccatum. Sed ea quæ aut necessitate, aut casu, aut qualibet sunt fragilitate. Ea verò quæ ex industria ad cuiuslibet libidinem ex plendam idcirco sunt ut eleemosynis redimantur, nequam eis redimi possunt: quia qui hoc perpètrant videant Deum mercede conducere, ut eis impunè peccare licet. Non ergo idcirco quis peccare debet, ut eleemosynam faciat: sed ideo eleemosynam facere debet, quia peccatum Mensem enim & corpus quæ libido traxit ad culpam, afflito & contritio debet reducere ad veniam.

*De his qui peracta pœnitentia ad prisimā redeunt
volutabra.* Cap. LVI.

*Ex decre.
Syrici pœ.
ca. 10*

De his verò non incongruè dilectio tua apostolicas fedem credit consilendam, qui peracta pœnitentia, tanquam canes ac suis, ad vomitos pristinos, & adulteria redeentes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & noua coniugia, & inhibitos denuò appetiere co-cubitus, quorum professam in continentiam generati post absolutionem filij prodiderunt: de quibus: quia iam suffigium non habent pœnitendi, id duximus decernendum, & sola intra Ecclesiam fidelibus oratione iunganatur, faci mysteriorum celebritati, quamvis nō mereantur, intersim. A dominicæ autem mensæ conuinio segregentur, ut saltem distinctione correcti, & ipsi sua errata castigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obscenis cupiditatibus retrahantur: quibus tamen quoniam carnali fragilitate occiderunt, viatico manere, cum ad dominum efferint proficisci, per communionis gratiam volumus sube-